



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Sagacitas in veteranis conciliandis. 47

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

prauo maloque semel imbuti, postmodo semper ( quod multis usu venit ) omne praefidis Imperium, ceu odiosum suspectumque aspernarentur; animis iuxta atq; auribus ad consilia praclusis. Hos tirones deinde veterano alicui, quem idoneum nosset, commendatos, ad cubiculi praefectum deducebat: à quo libellos pios, cinctusque, & alia hoc genus arma corpori domando, cum videretur, sumerent. Quae Antonij prouidentia, ad multorum magnos constantisque progressus egregie valuit.

*XLVII. Sagacitas in veteranis conciliandis.*

**A** Pud veteranos etiam hoc operam dabat, ut quae palam aliquando vniuersis praecipiebantur,

V  
bantu  
lia, in  
tur. I  
nibus  
bat, c  
done  
mori  
tem p  
tum  
ne ol  
misse  
ctuos  
preci  
uent  
ijs ce  
bat,  
dicar  
in fa  
Nec  
res n  
vbi a  
risset

bantur, ea ne perinde ac difficilia, in maius ab illis acciperentur. Ideò clam exco<sup>o</sup> itatis rationibus ea apud singulos explicabat, & calculo suo approbabat; donec omnes efficeret præcepto morigeros esse. Apud quos autem pluribus experimentis, actum agere se vidisset, eos verò, ne oleum cum opera perderet, missos postremo faciebat, fructuosius ad alios transiturus, qui precium laboris impensi, proventusque sponderent. Sed cum ijs certè multo suauissimè agebat, quibus consilium erat, abdicare spes opésque humanas; & in familia sacra stipendia facere. Nec enim decretæ salutis certiores notas reperire se aiebat, quã ubi agitari hæc consilia comperisset. Quare, quos familiarium

norat, cetera probos, magnæq; indolis esse; verum ad Religiosi neminis instituta, nihil dum propensos, sollerter hos adoriebatur: narratis, iam vitæ mille naufragijs, quibus obnoxij iactarentur, iam è contrario, mille animi comodis ac voluptatibus, quibus in portu Religionis tranquilli potirentur. Apud quos alios hæc tam latinè aperteque nondum audebat; ibi prudenti circuitione nunc peccati deformæ portentum, nunc conscientiæ examen, & mortem exaggerando, sensim ad aliud aliudque argumentum delabebatur dum denique, quò volebat, fineretur peruenire. His eius artibus haud nulli sensere vehementer intra se desiderium crescere expetendæ virtutis.